

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Prorector Academiae Rostochiensis Petrus Laurembergius, Philos. & Medic. D. &  
Professor P. Ad Exequias, Quas Viro ... Dn. Joanni Bacmeistero Philos. & Med. D.  
... Viduae & liberi moestißimi Hodie ad horam medium primam in aede Divae  
Virginis S. paratas cupiunt, Omnes omnium ordinum Cives amanter invitati**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746583656>

Druck    Freier  Zugang



Lauremberg, P.,  
*ab.*  
in J. Bacmeister. I.

R. 1631.

58.









PRORECTOR  
Academiæ Rostochiensis  
**PETRUS LAUREMBERGIUS,**  
Philos. & Medic. D. & Professor P.

*Ad*

Exequias,

*Quas*

Viro Clarissimo, & Experientissimo

**DN. JOANNI**  
BACMEISTERO

Philos. & Medic. D. & Professorice-  
berrimo, ac seniori optimè de Aca-  
demiâ merito,

*Vidue & liberi mæstissimi Hodie ad horam medianam  
primam in æde Divæ Virginis S. paratus  
cupiunt,*

Omnis omnium ordinum Cives aman-  
ter invitati.



ROSTOCKI

Type JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.  
ANNO M. DC. XXXI.

PRORECTOR  
Academiae Rostochiensis.  
**PETRUS LAUREMBERG**  
Philo. & Med. D. & Prof. Publ.



Uemadmodum æstate, sic-  
co ac calente aere, stirpes è ter-  
rà pullulantes, uredine, aut a-  
strobolismo, aut stillicidio sere-  
no percussæ, aut alio afflatæ  
pestilenti sydere, dum perditæ  
succo, ac vegetabili vigore flac-  
cescunt. & emoriuntur, horto-  
rum decus omne pessum it; areolæ ac pulvilli, ornatu-  
suo nativo viruatae, squallent, tristisq; spectatur to-  
tius viridarij facies: Haut aliter in Rebus publicis lit-  
terarijs quoties vii præclarri subitâ atq; inexspectatâ  
morte, tanquam fatali tempestate cœlitus tacti inter-  
eunt, reliqtæq; humanâ societate, vigere: & statio-  
nem suam ornare desinunt, magna venit scholis clades;  
integritas, & florens Rei literariae status emarcesscit;  
pulpita silent, & Doctoribus suis orba lugere viden-  
tur, adeoq; totius Lycæ compages afflcta & ærum-  
inalis appetit. Exempla aliunde huc citare ad testi-  
monium, non fuerit valde necessarium. Si memo-  
riam excitaverimus ad Intestinos astrobolismos, ad ja-  
cturas Domesticas, quas cis annos non ita multos pas-  
sa fuerunt Roseti hujus, quondam cultissima & floren-  
tissima vireta, sub latis inde extinetisq; tot præclaris  
ornamentis præsenti manu calamitatem hanc palpare,  
& quod dixi nimis quam vere nobis eyenisse, de præ-  
hene-

hendere poterimus. Antiqua vulnus ex alto nimis re-  
crudescere faciunt. Dispendum quod nudius tertius  
aut quartus Academia fecit, tanto intimius nos tan-  
git, tantoq; urit acrius, quanto propinquius est & re-  
centius. Vir Clarissimus Excellentissimus & expe-  
rientissimus, Dn. *Johannes Backmeisterus* Phil. & Med.  
D. ac profess. celeberrimus, Academiæ hujus senior  
optime meritus quod fatis cesserit, & finem faciens vi-  
vendo desierit esse in numero eorum, qui famam Aca-  
demiae sustinent, nemo tam hospes est apud nos qui  
fando non intellexerit. Ejus viri obitu Academia  
amisit Professorum suorum Seniorem: Facultas Me-  
dica membrum sui princeps: Civitas patria *ανέραντος*  
*μάλων αισθάνεται οὐδεν*: Senatus patrum conscriptorum  
Consiliaxim simillimum Virgiliano illi:

*Tum pietate gravem, ac meritis si forte virum quem.*

*Conspicere, silent, arrestisq; auribus astant,*

*Ille regit dictis animos & pectora mulcer.*

Omnibus his *Bacmeisterus* flebilis occidit, nulli tamen  
flebilior, quam charissimæ antehac uxori, quam relictae  
viduae, quæ dimidium sui; liberis mœstissimis, qui &  
præsidium & dulce decus suum, (Heu frustra,) non ita  
creditum, Deum flagitant & poscunt.

Cæterum dum Seniori nostro justa ac inferiæ in-  
stituuntur, religio fuerit ita cum transmittere ad lo-  
cum communem, quemadmodum de patre suo que-  
ritur filius Ithacensis, *οἰκεῖος οἴστος, οὐαυός*. Et jus fas-  
que, & nostri officij erit tabulam aliquam votivam hic  
suspendere, & consecare posteritati, quæ de decursu  
vitæ illius testetur, & scire haventes edoceat

*Τιμὴν τὸν οὐαυόν τον τὸν μάλον, ἵδε τούτης;*

Principio, Academia hæc atq; urbs patria, Rostochiū,

nascentem, eū in hanc lucem Anno 1563 Decemb. die 14.  
primulum exceptit, eademq; postea meliorem vitæ pe-  
riodum, periodiq; absolutæ exodus largita est: quam  
rem alij quidem insuper habeant, ego vero in magna  
parte felicitatis pono, si quis in medio Musarum &  
& Litteraturæ sinu nascatur. Neq; enim aliter fieri  
potest, quam, sicuti in sole continuo ambulantes tin-  
guntur, ita qui cum lacte materno bonas literas bi-  
bunt, paternis avitisq; manibus dueuntur, conver-  
satione jugi, & præsenti exemplo studiosæ juventutis  
excitati adolescent, felicius ac facilius assurgant ad  
speratum eruditionis ac studiorum fastigium. Felici-  
tas quoq; est, consecrare posse patriæ potiorem vitæ ac  
Professionis suæ partem, ac in genitali solo cœloq;  
in convictu amplexuq; suorum, ætatem floridam per-  
agere, ad honorabile senium protollere, & tandem  
bene beateq; finire quæ omnia defuncto nostro ex vo-  
to obtigerunt. Hoc ille nomine non solum à patria,  
sed & à prosapia ac parentibus inclitus fuit. Enim  
vero fuit illi pater Vir Reverendus & Clarissimus Dn.  
*Lucas Bacmeisterius* SS. Theologiæ D. initio Serenissimi  
Regis Daniæ Christiani III. Reginæ viduæ à concioni-  
bus aulicis: post deinde ab Amplissimo hujus urbis  
Senatu ad professionem Theologicam in Academia  
insimulq; ad Pastoris in æde Divæ Virginis munus  
vocatus, tandemq; è vivis excedente D. *Simone Pauli*,  
Superintendentis dignitate ac officio donatus, quam  
spartam ille ita ornavit, ut tam Ecclesia pro præstatis  
per XLVI. annos fidelibus operis, quam Universitas  
pro singulari industria eruditæ studiosam juventutem,  
& promovendi rerum Academicarum emolumentum,

ho.

hodi enum sese illiobnoxias fateantur, atq; eo merito  
indelibilem ipsius memoriam grata mente conser-  
vent. Matrem habuit *Johannam*, filiam primogenitam  
D. *Jacobi Bordingi*, quondam Academiæ hujus Profes-  
soris, & postmodum Archiatri duorum DANIÆ Re-  
gum, CHRISTIANI III. & FRIDERICI II.  
fororem Laudatissimi illius *Jacobi Bordingi* J. II. D.  
quem primum Academia hæc publicè docentem in-  
ter Professores pulicos vidit; post aula Megap. Can-  
cellarium per XXIII. annos agnovit & laudavit; tan-  
dem Respublica Lubecensis Consulem suum esse o-  
ptavit, & impetravit; ubi etiam supremum vitæ diem  
clausit, relictó bonis omribus desiderio sui. Avus il-  
lius paternus *Johannes Bacmeisterus* Luneburgensis  
Reipubl. Civis haut ex infimis, nec à bonarum lite-  
rarum cognitione alienus: Avia *Anna Lubbingia* ex ve-  
teri Crusiorum familia oriunda. His progenitoribus  
oriundus *Mangensis* noster, non potuit non præclaræ  
indolis igniculos possedisse, qui sese exseruere  
jam à molli statim pueritia. Educatus & infor-  
matus in bonis literis in schola patria, ex qua  
fundamentis: feliciter jactis in Scholam Lube-  
censem ablegatus, inde in illustrem Electoralem  
Misnensem à parente missus, Præceptore usus  
est Philos. & Historico per celebri *Matthæo Dressero* su-  
superioris seculi Inde rediens in patriam & absoluto ibi  
Philosophiæ curriculo ad studium Medicinæ animum  
adjecit, ibidemq; gradum Magisterij adeptus est.  
Paulò verò ante adeptum gradum ab Avunculo suo  
prænominato D. *Jacobo Bordingo* unà cum Principe UL-  
DARICO Duce Megapolitano proficidente in comi-

A 3

natum

natum receptus præcipuas Regni Daniæ partes & im-  
primis aulam Regis FRIDERICI II. perlustravit, ac  
tumul in notitiâ Nobilium aliquot Danorum pervenit,  
à quibus sic adamatus fuit, ut non multo post à præ-  
nobili Viro Henrico Guldenstern præfecto Regio in ar-  
ce limitanea Norvægica Bahus ad filij sui *Canuti*  
*Guldenstern* & *Corviti* Ruthen informationem ad-  
hibitus, & cum biennium fermè in Norvæ-  
gia commoratus fuisset, cum discipulis suis  
Anno 1589. Argentinam concessit. Inde cum ijsdem  
& fratre *D. Luca* & *Dn. D. Alberto Henio* facultatis Ju-  
ridicæ seniore, tunc temporis etiam Argentinæ com-  
morantibus Helvetiam fermè totam perlustravit, &  
Argentinam reversus Medicinæ & Anatomicum stu-  
dium continuavit. Quâ peregrinatione triennali ab-  
solutâ in patriam redijt, & consensu Amplissimæ fa-  
culty Medicæ Avi sui *D. Jacobi Bordingi* Physiol o-  
giam publicè diebus extraorninarijs lectionibus &  
notis illustravit. Cum vero paulo post Vir Clariss.  
*D. Levinus Battus* Acad. hujus Professor fatis conce-  
deret, illi in Professione Medica successit. Anno 1593.  
& deinde Anno subsequenti 1594. Doctoris gra-  
dum in hac Academia suscepit. Professionem illam  
hactenus adeò per annos 38. splendide ornavit, ut cùm  
à Patre rerum Academicarum statum probè cognovisset,  
quinquies Rectorat⁹ vicibus perfunct⁹ sit. Senior  
fuit non tantum in tota Academia, sed etiam in Col-  
legio Professorum Principum, & res in Academia sibi  
commissas feliciter expedijt. Fratres habuit omnibus  
in Academia notissimos, *M. Johannem* Hebrææ linguae  
quondam Professorem, qui Anno 1591. obiit. Do-  
ctorem

etorem *Lucam* antehac etiam hujus Academiæ Profess: Theol. & adhuc districtus Gustroviensis & Rostochiæ. Superintend. & Consistorij assessorem, exq; omnib; fratribus superstitem. Doctorem *Matthæum* Archia-trum Saxonicum Laoburgensem, & poliatrum Luneburgensem. *D. Heinricum* Reipubl. Luneburgensis Consiliarium; ille ante quinquennium, hic ante bien-nium fatis concessit. Disputationes non paucas pub-licas ut & promotiones aliquot habuit. Porro post-quam illum Virum firmaverat ætas, ad vitam conju-galem animum applicans, primam uxorem duxit Vir-ginem lectissimam *Christinam Sassen* Anno 1594. 29. Iā. filiā Civis quondam & negotiatoris hujus urbis primarij *Jacobi Sassen*, sororē Viri Clarissimi Dn. M. *Petri Sassen* Logices Professoris, quā cum & amabile & fœcundum conjugium expertus, novem liberorum pater factus est; *Luca* primi, *Anna*, *Luca* secundi, *Elisabetha*, *Christi-na* primæ, *Jacobi*, *Johannis*, *Christina* secundæ, *Johanna*. Plæriq; horum jam pridem consortium mortalium re-liquerunt, interq; eos *Lucas II.* Juris Candidatus, Ju-dicij Provincialis, dum viveret; Megapolitani Secreta-rius; nec non *Elisabetha* Viri Clariss. & Consultiss. Dn. *Theodori Varmejeri* J. U. D. celeberrimi quondam dile-ctissima Conjunx: Superstites saltem relictae duæ filiæ, *Christina II.* & *Johanna*, quarum illa nupēris diebus nuptum, data fuit Viro Reverendo Dn. *M. Laurentio Langelaus* Ca-thedralis templi apud Gustrovienses Pastori: Hæc etiamnum virgo manet: Ultraq; patris charissimi discessum tenerimè de-sflens. Emortua primâ uxore Anno 1614. ad secunda connubia transit anno proxime in sequente 1615.. duxa domum matro-nahonestissimâ *Anna Pavels*, relicta Papendick Koffen civis hono-rati apud nos vidua; quod conjugium placidum pacatumque quidem, sed nec ex yoto sat diuturnum, nec fœcundum fuit.

Hæc:

Hac sua vita socia iterum orbatus D. Johannes Anno 1625. tertium  
maritus novus factus, sedere conjugali sibi associavit Matro-  
nam omni virtutum foeminearum genere decoram Magdalena  
Lafrenzen, à morte mariti Martini VVrosten civis hujatis celebris,  
relictam in viduatu. Ea illum non solum amore, observantia,  
fide ac cultu conjugali prosequuta, sed etiam geminā prole pa-  
rentem fecit, filiole scilicet *Mattheo*, & filiolā *Magdalena*, qui ni-  
mis properiter patre spoliati, orbitatis infelicitem sortem mo-  
do experiuntur & deplorant. Sic igitur Senior Bacmeisterus frui-  
tus plenisq;, quæ vitam facere beatorem solent, decurrit per  
melioris ætatis gradus ad honorabilem senectutem. Cumq; vi-  
vendo explesset sexaginta octo annos & dies XI. ad diem quin-  
tum præsentis mensis circiter horam à meridie primam Cardial-  
gia correptus, affectu aliquo in ipsi familiaris, cui Comes venerat  
catharrus suffocativus, utroq; malo conjunctis viribus vires in  
corpore senio ac laboribus attrito, desubitò prosternente, præter  
omnem Conjugis, liberorum, & familiarium expectationem, vi-  
tam hanc caducam cum immortali commutavit, animamq; pla-  
cido halitu exspirans, sine prævio mortis angore, sine ullâ doloris  
sensatione, reddidit illi, abs quo commodata acceperat, horâ ad  
vesperam septima ejusdem quintæ die Decemb. quæ una ipsam  
& fospitem, & ægrotum, & mortuum vidit.

Atq; ita clarissimum hoc lumen lucere desijt Academix, quæ  
diutiq; oprasset ipsius præsentia & radijs frui, hoc imprimis tene-  
brioso tempore, quo res literaria arctis admodum angustijs co-  
fici ta tenetur. Sed non ita visum superis: quorum decreto ir-  
refragibili reluctari nemini fas est.

Illud imprimis nostri erit muneris, jacturam hanc inter ærum-  
nas & calamitates deputare; Deum benignissimum votis sup-  
plicibus sollicitare, ut grandiora ac graviora mala à capitibus  
nostris avertat: deniq; ultimum humanitatis obsequium & ho-  
norem defuncto nostro Collegæ & Præceptorí haur gravatim  
exhibere. Cujus exuviae hodie ad medianam primam in templo  
Mariano inferentur in communem quietis locum: quorsum ut  
frequentes conveniant, & exequias libentes eant, Dnn. Profes-  
sores, Doctores, Ecclesiæ ministros, Magistros, Studiosos juve-  
nes, omnesq; literarum amatores, amanter & serio rogo ac hor-  
tor. P. P. IX. Decemb. Anno 1631.




GK





**C**orem *Lucam* antehac etiam hujus Academ. Theol. & adhuc districtus Gustroviensis consilii Superintend. & Consistorij assessorem, & fratribus superstitem. Doctorem Matthaeum Saxonicum Laoburgensem, & poliaburgensem. *D. Heinricum* Reipubl. Lutetiarum Consiliarium; ille ante quinquennium, hic fatis concessit. Disputationes non solum licas ut & promotiones aliquot habuit. quam illum Virum firmaverat ætas, ad vigilam animum applicans, primam uxori virginem lectissimam *Christinam Sassen* Annam filiā Civis quondam & negotiatoris hujus universitatis, *Jacobi Sassen*, sororē Viri Clarissimi Dn. M. Logices Professoris, quā cum & amabile & conjugium expertus, novem liberorum est, *Luca* primi, *Anna*, *Luca* secundi, *Elisabetha* primæ, *Jacobi*, *Johannis*, *Christina* secundi. Plæriq; horum jam pridem consortium meliquerunt, interq; eos *Lucas II.* Juris Canonicij Provincialis, dum viveret, Megapolitanus; nec non *Elisabetha* Viri Clariss. & *Theodori* *Varmejeri* J. U. D. celeberrimi quæstissima Conjunx: Superstites saltem relictæ *Christina II.* & *Johanna*, quarum illa nuptium, data fuit Viro Reverendo Dn. M. Laurentio cathedralis templi apud Gustrovienses Pastori: Hæc virgo manet: Utraq; parris charissimi discessum terrenum. Emortua primâ uxore Anno 1614. ad secundum transiit anno proxime in sequente 1615.. duxta dona honestissimam *Anna Parvels*, relicta Papendick Kofferati apud nos vidua; quod conjugium placidum quidem, sed nec ex voto sat diuturnum, nec fœci



the scale towards document

Patch Reference numbers on UTT

10

9

8

7

6

5

4

3

2

1

0

100

110

120

130

140

150

160

170

180

190

200

210

220

230

240

250

260

270

280

290

300

310

320

330

340

350

360

370

380

390

400

410

420

430

440

450

460

470

480

490

500

510

520

530

540

550

560

570

580

590

600

610

620

630

640

650

660

670

680

690

700

710

720

730

740

750

760

770

780

790

800

810

820

830

840

850

860

870

880

890

900

910

920

930

940

950

960

970

980

990

1000

1010

1020

1030

1040

1050

1060

1070

1080

1090

1100

1110

1120

1130

1140

1150

1160

1170

1180

1190

1200

1210

1220

1230

1240

1250

1260

1270

1280

1290

1300

1310

1320

1330

1340

1350

1360

1370

1380

1390

1400

1410

1420

1430

1440

1450

1460

1470

1480

1490

1500

1510

1520

1530

1540

1550

1560

1570

1580

1590

1600

1610

1620

1630

1640

1650

1660

1670

1680

1690

1700

1710

1720

1730

1740

1750

1760

1770

1780

1790

1800

1810

1820

1830

1840

1850

1860

1870

1880

1890

1900

1910

1920

1930

1940

1950

1960

1970

1980

1990

2000

2010

2020

2030

2040

2050

2060

2070

2080

2090

2100

2110

2120

2130

2140

2150

2160

2170

2180

2190

2200

2210

2220

2230

2240

2250

2260

2270

2280

2290

2300

2310

2320

2330

2340

2350

2360

2370

2380

2390

2400

2410

2420

2430

2440

2450

2460

2470

2480

2490

2500

2510

2520

2530

2540

2550

2560

2570

2580

2590

2600

2610

2620

2630

2640

2650

2660

2670

2680

2690

2700

2710

2720

2730

2740

2750

2760

2770

2780

2790

2800

2810

2820

2830

2840

2850

2860

2870

2880

2890

2900

2910

2920

2930

2940

2950